

The present owner from
Rupe and others (Daniel Brewster
writing, Worcester, December 1848
p. 274)

also John Clark

A. S. 12, p. 363.

See also A. S. 12, p. 364.

Piękny List.

Elisei Aurimontani

A D

D A N T I S C A N O S

bellum & arma

circumspicientes;

E P I S T O L A

I N Q V A

V A T E M eis popularem
exhibit.

Anno Domini, M. DC. XXXVIII.

220087 I 1780



EIGEN SCHAFFER

A D

DYALITISCANOS

PALLIUS & SUTT

1780

HISTOIA

1780

AT THE CROWN BOYNTON

CZESTOCHOWA

PRINTED IN POLAND

Amplissimo Senatu
Ciuitatiue GEDANENSI,

Eliseus Aurimontanus S.

DVM florentem felicitatem ve-
stram, quâ paucissimis retrò se-
culis, sub mitiore regimine,
vicinarum omnium ciuitatum
maiestatem, nouis opibus ex-
tinxitis; intueror; atq; pro comperto habeo,
INDISCRETAM FELICIVM PEDISSE QVAM
SVPERBIAM esse, vixq; cuiquam contigisse,
abundare fortunâ, & indigere arrogantiâ: in
hoc rerum & animorum vestrorum æstu, quo
potentiae Regum, ipsiq; elemento Maris limi-
tes definire, nonnullorum opinione videmi-
ni; non potui, quin pro amore patriæ, impen-
dentia vobis fata(quæ armis ligonibusq; ma-
tutatis) paululum saltem morer, si deprecari
non possum. È caussâ à periculosis consilijs

non meis vos verbis dimouere, sed viri ma-
gni, Ciuis quōdam vestri, dhortari vaticinijs
volui, vt memores vestri muneris, partam nu-
per Gustauiano bello constantiae laudem, de-
serti officij infamiā non deleatis. Legite ergo
quæ IOANNES DANTISCVS Cul-
mensis olim & Varmiensis Episcopus, perso-
nam IONÆ Prophetæ (ne Poetam cogitetis)
mutuatus, Vrbi vestræ fata prænunciet.

*Vaticini
um p̄ha* **V** RBS noua, diues opum, DANTISCVM,
sive GEDANVM,
Accipe Diuinā quæ tibi mente loquor.
Est breue tempus adhuc, si non peccata relinques
Hoc, quibus exundas tempore, fracta rues.
Creuisti cīd. sic etiam Superis malè grata
Die cresces. instant iam tua fata tibi.
Impietas, fastus, luxus, tria monstra, ruinari
Iam tibi, ni fuerint prorsus abacta, parant.
Histibus es iam facta tumens, effrenis Eſ exlex,
Hinc quodcunq; libet iure licere putas.
Pars q; tui potior tribus ijs est plena Senatus,
Humor hic in plebem deuias unde fluit.

Interiūſſe

Interiisse prius propter tria funditus ista
Cum populis urbes, oppida, regna liquet.
Hæc nequit omnipotens tria ferre diuitus in se,
Quæ nisi depuleris, te gravis ira manet.
Iamque tibi gliscens excidia scua minatur
Ni properè facias, quæ mea dicta monent.

Imprimis redeas ad religionis auitæ
Quam te scis temere deseruisse viam
Non veterum fugé, non tentas pia dogmata Patrum
Et noua, namque nouum despice, viri habent.
Mentis & inflatæ sinuosum ponit tumorem
Ex partis opibus qui tibi magnus inest
Maior honestatis quam formæ cura sit in te,
Ut iunctus niteat cum probitate decor.
Virgo regat patulo turgentes pectora mammæ,
Quæ, quasi prostitui debeat, ire solet.
Non sit nupta procax, alienis compta capillis
Fascia ne superet, neue tiara modum.
Serica cum gemmis & torquibus exue: Vestis
Est satis huic Statui lancea digna tuo.
Illa tuos decuit maiores, te malus illam
Quis pudor hoc itidem tempore ferre vetat?
Sisque potestati iurata mente fidelis,
Sub cuius placido tegmine tuta viges.

Copia te rerum non efferat haud maris culla
Prosperitas: vertinam solet illa breni.
Pœnitentias læsisse Deum, commissa fatere;
Et veniam, vitâ sub meliore petas.

Linque voluptates, seetas erroris, Ego omne
In quo te Domino noueris esse ream.
Et quod adulterijs, stupris, cænisq; per hortos
Peccasti, supplex corde gemente dole.
Ingluuiem vincant ieiunia, templaq; luges
Quodq; Isai fuerat sit Metanœa tibi.

Pauperibus largire libens, fratrique remittas
Noxam, quod partum fraude, repende, tenes.
Te nihil hinc sequitur, nisi quod præstabis egenis,
Hoc siquidem vitâ fine carente beat.
Sic eris è multis, quæ restant, libera pœnis
Mitior Ego fuerit vindicis ira Dei.
Te plagæ tandem moneant iam ter tibi missæ,
Exitium grauius ne tibi quarta ferat.
Ante dedit pestes aër tibi, nuper Ego ignes
Quid dederint undæ, non meminisse nequies.

Hæc sed adhuc tria contemnens elementa superbit,
Te saltē reliquum cogat habere metum.
Si cum Terrigenis (erit aëlum) terra moueri
Cœperit, in prædam facta iacebis humi.

VL.

*VLTRICES A QVILÆ commercia publica
tollent,*

Comprimet annona VISTVL A clausus iter.

Infantem Draco depascens tua mœnia einget,

Alite prognatus, cuius es ipsa, Iouis.

Cumq; lupis aderunt Vrsi, cum Tigride Pardi

Cum catulis & item torua leæna suis

Vallaris liceat, iungas quoque Pelion Ossa,

Non secura tamen, ni Deus adsit, eris.

EXTER NIS tunc præsidij si usq; rata manebis,

Diuitijsq; tuis despoliata gemes.

Tunc te destituent vires, ornatus, & omnes

Delitiae, quibus es turpiter usq; satis.

Quicquid in hortorum latebris, festisque diebus

Plebs spacians gessit, tunc miseranda lues.

Impietas, fastus, luxus, tria monstra, ruinam

Tunc simul in barathrum quod meruere cadent.

Admonui quondam Ninjuitas profuit, & te

Vt possum moneo, si capis, adde fidem.

Longanimis solet esse Deus, resipiscat ut inde

Peccator tolerans crimina multa diu.

Quæ cum non cessant, castigat & acrius affert

Cum magno pœnas faciore supplicij.

Hac

Hæc sunt verba, non cæco impetu, sed excuso
iudicio, ne dicam, diuini numinis instinctu annis ab
hinc centum, à vaticinante Ciue tuo ad te scripta,
& ea non hominis inglorij aut imperiti, ad resque agendas vel diiudicandas minus id onei: sed magni illius Senatoris Regni, cui parem Gedanum non tulit;
qui ab ineunte adolescentia in Principium nutritus aulis, capacem animum rerum varietate & usu imbuferat; qui trium Poloniae Regum Alexandri, Ioannis Alberti, & Sigismundi, Secretarium non otiosum; eximiæ commendationis encomio egerat; qui Palæstinâ, Iudeâ, Syrîâ, Arabiâ, Cretâ, Dulichio, Corcyra, Rhodo, Græciâque lustratâ; Hierosolymitanos, aliarumque plurium superbissimarum Vrbium atque Rerum publicarum cineres, suis pedibus & oculis usurparat: illius, qui ad Clementem VII. Papam, Maximilianum I. & Carolum V. Cæsares, Ferdinandum Bohemiæ Regem, omnesq: penè Christiani Orbis Monarchas, totos duodecim annos, Orator Regius, Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam, Britanniam, Belgum, Daniam, non Legationibus magis, quam laudibus peragrarat: illius, qui, cum Veneta Respublica vietricibus Imperatoris armis premeretur, ter ad eorum castra missus Legatus, certâ conditione pacem Venetis dedit: illius, quem

Carolus

Carolus V. Imperator, cùm Imperij diadema positurus, omnium Regum ac Principum Legatos dimisisset, vnum ex omnibus elegit, qui se è Belgio in Hispaniam vsque comitaretur. Huius, inquam, talis tantiq; viri hæc verba sunt & vaticinatio; quibus ego nihil addo. vnum oro. Pone magnis cogitationibus modum, ô Gedanum meum, & te non Vrbem Dominam, sed alienæ obnoxiam potestati considera. Scio, & memini, me ante annos propemodum quadraginta , aut amplius, in iuuentute, communissimâ Ciuitatis famâ, (quam & apud extraneas deinde gentes vulgatam notaui) edoctum fuisse; Dantiscum Ciuitatem liberam , nequaquam Polonorum Dominium, sed Patrocinium duntaxat subiisse : tantoque id facilius credebam, quantò plures, donatas libertate consimiles Ciuitates, in Imperio Romano numerabam ; atque adeò , in natâ mortalibus ambitione , sese vltra conditionem suam efferentibus, pro Patriæ libertate, non rarò cum riualibus depugnabam. Verùm vbi crescente ætate paulò accuratiùs excutere cœpi annualium fidem; etiam quâm optarim citiùs, clariusque deprehendi: Nos, cum ob causas aliquas (iustæ illæ fuerint adhuc quidā querere audent) à Teutonici Ordinis obedientia diuertissemus, extremaq; meritò, nisi auxiliij potentia

tiā tēctī, inctueremus, S V B D I T O R V M nomen;
multis legationibus, magnis p̄ecibus, & (si Historiē
credimus) etiam lachrymis, à Poloniæ diu tergiuer-
sante Rege emisse. Frustrā ergo tam cito horum o-
bliuisceris, quæ æternis literarum signata monumen-
tis negare non audes. Sed neque tuꝝ magnitudini
viribusque aut opibus; neque propugnaculis mœni-
busque & aquis multum fide. Prudentiam ex tot re-
gnorum & urbium tibi non inferiorum euentu desu-
me, quarum in vix adulto flore luxuriosa imperia ce-
ciderunt, ut in ipsis iam suis sedibus querantur. Non
in remotas aut alio calentes sole terras te ducam. nō
centum portarum famâ illustres Thebas; non tot
fortissimorum Ducum viētricem Numantiam; non
Carthaginem, Tarentum, Hierosolymas, Saguntum,
Metapontium, suis īsepulta pulueribus nomina, ca-
lamq̄ eruam, aut aliarum huiuscmodi euersarum vr-
bium ingentia rudera ostenda in tibi. Vicinam aspi-
ce Ponterassiam, & in ea potentissimam quondam
Metropolim quære I V L I N V M. præclarum (teste
Crantzio) Vandolorum Emporium circa annum Chri-
sti nongentesimum tantis opibus mercatorumq; negotijs
frequens quale vix tota habuit Europa, sola Constanti-
nopolis excepta; quære, inquam, nunc tantam Ciuita-
tem, & ne locum quidem eius facile inuenieris. La-
borat

borat Historiarum fides ut Iulinum fuisse credamus.
Et ne antiquioribus vrbium casibus, meam Epistolam, & tuam memoriam onerem; quot nostro hoc
seculo in vno Belgio & Germania præstantissimas
ciuitates, nobilissimas arces, munitissima propugna-
cula, quæ ingenium & astus, quæ obsidio & fames,
quæ ferrum & flamma decepit, domuit, expugnauit,
deleuit! Subeat in mentem Breda, militaris discipli-
næ Gymnasium, quò Luuentius præcipua Gallica, An-
glica, Germanica, ad condiscendas belli artes conuenie-
bat, ad quam magnum illud belli decus Mauritius, quo-
ties de munitionum accuratis absolutisq; operibus sermo
incidisset, militiae peritos remittere tanquam ad exem-
plar consuerat: & tamen illa, intra septuaginta pro-
ximos annos, sexies ditionem facere compulsa est!
quid Schenkianum memorem propugnaculum? quid
Tellinæ vallis Curiam, quid clauem Franconiæ Re-
giæ aulam, quid Austriæ Ratisbonam? quid Phi-
lipsburgum, Bacheracum, Manheimium? quid
Wurtzburgum Francosurtum Forchemium? quid
Heidelbergam Augustam Hildesium? quid Wolfer-
bytum Hannouiam Benfeldam Hammeliam? Bosco-
ducum Mantuam Grollam Vesalam? Crempam &
Hermitsteinium? & quid opus est, aut quis enumeret
omnia, arces, vrbes, & oppida, quassatas, fractas, &

domita, humanæ vicissitudinis & inconstantis fortunæ documenta! Ne itaque mœnibus tuis & vallis superbias. Nedixeris: Ciuitas Dantiscum est, & mansura Ciuitas est. Magdeburgum memoriâ repele (si parum adhuc tibi recensuisse videor) quantarum erat Vrbs illa virium! quam vastis circumdatavallis! quam firmis coronata muris! quam altis obducta fossis! quam multis cincta propugnaculis! quantisq; animis virisq; instructa, tot olim Imperatorum Ducumque belli despectrix! & quam paucæ interfluerunt horæ, inter vrbem hanc magnam, & nullam! an Magdeburgo munitiorem Ciuitatem tuam existimas? Si opportuna liberi maris vicinitas, maiores animos sumere iubet; ad modestiam Ostenda te & Rupella vocant: ita hæc illaqueatum innodatumq; vinculis mare vidit, ut potentissimi Regis, spe & ventis inflata classis, ijs rumpendis fuerit impar, adeoq; etiamnùm *mare clausum* libellis editis Angli fateantur. Si commoditate Portus tui, Nobilitatem Polonam non posse carere existimas; vide ne erres. forte viam monstrabit necessitas, & alibi vbi minime speras, portum aperiet. Antuerpia te terreat. ostendit circa illam elatis Hispanis Battauorum industria, portuum celebritatem, non tam in situ locorum, quam voluntate dominantium positam esse. Plurimani-

ma nimirum temporum occasio immutat. multaque
non raro etiam Regno vtilia, tollunt Reges, ne ni-
mum fastui alterius concessisse videantur. Paria ti-
menda habes. & nescio quibus ostentis sequere inuer-
tentibus signis, inuertendam tuam quoque; fortunam
nonnulli augurentur. Si externarum auxilijs gen-
tium intumescis, & dependere a fide illorum tua sa-
lus incipit, iam perijisti. Pauci Principes nostris sæ-
culis alicui Reipublicæ aut laboranti Ciuitati, nisi in
rem suam subueniunt. & quam fida haec auxilia sint,
te Palæologi in Orientis Imperij amissione, Maxi-
milianus in Burgundiæ recuperatione, Galli in Nea-
politani Regni occupatione docebunt. Ne itaque a-
liena Regum ac Rerum publicarum arma aduoces:
cadere tuis potes. Staret adhuc forsitan hodie in solo
nostro, Teutonicus Ordo, nisi eundem amica auxi-
lia, ex Germania ingenti pecunia adducta, suamet
fede exturbassent; expilatoque prius stipendijs æra-
rio, Mariæburgensem arcem, pro qua contra Poloniæ
Reges defendenda, vocata erant, Poloniæ Regi-
bus vendidissent. Sed & Te ipsum in exemplum ca-
pe, & qua ratione, dum a Woldemaro Brandebur-
gensi Marchione, milite cingereris, Regno aliquando
subducta fueris, velis meminisse. Vocarat, allectus
vicinitatis compendio, Crucigeros in subsidium Bo-


gussius Capitaneus tuus: at illi recedente ab arce &
vrbe Marchione, eam pro Rege defensam, pro se re-
tinuerunt, suoque dominatu in mercedem laboris
adiecerunt. Ita vnde sperari salus, inde timeri hosti-
lia debent. Si denique in Saltacitum tuum spem lo-
cas; attende, ne post Gallicos Entagrios, post Pa-
pienses Curtios, post Florentinos Papos, post Bata-
uicos Claudioes, post Neapolitanos Campobachios
citò saltet; præsertim si argenteos obsides extra in-
uenerit. Verùm me, tantummodo Vatem exhibere
volentem Patriæ amor longius prouexit. Finio.
Vosque amplissimos Consules Ciuesque populares
meos, etiam atque etiam obtestor, vt reuocatâ bene-
ficiorum memoriâ, quibus Regum magnificâ magis
quàm prouidâ liberalitate ornati estis, officijque ve-
stri & gloriæ memores, à vobis ipsis non discedatis.
Non impello vos, vt conuallatis Priuilegia, & immu-
nitates vestras perturbetis, sed ne nimium litera-
rum apicibus inhæreatis, atque nùm eorum, quo-
rum est condere, interpretari sit, an vestrūm; dili-
genter pensitatis. Nolite in aliquorum Optimatum
benevolentia ferocius confidere. fauoris intra pacis
consilia se continet. vbi arma induet necesitas (si ta-
men sine armis confici non possitis) suis, illos, non
vestris, vñibus studuisse adyertetis. Neque vnius
alicuius


alicuius Reipublicæ aut Ciuitatis audacia vos ac-
cendat, cuius fortè temeritatem fortuna adiuuit;
cum tot millibus infortunatissimis exemplis terrea-
mini Vrbium ac populorum, qui defectionis prœ-
mium interitum retulerunt. Cauete ergo, ne im-
moderata fiduciæ præsumptione & inconsultis ardo-
ribus in res serò pœnitendas properetis, neué ma-
gis peruicaciam cum pernicie, quam obse-
quium cum securitate eligatis.

V.



ος εργασία μετά την πλήρη πολιτεία
επένδυση στην αγορά γεννήθηκε η
απόδειξη της απόδοσης της πολιτείας
επί της αγοράς και της δημόσιας
απόδοσης της πολιτείας στην αγορά.
Επί της αγοράς της πολιτείας της
απόδοσης της πολιτείας στην αγορά.
Επί της αγοράς της πολιτείας της
απόδοσης της πολιτείας στην αγορά.
Επί της αγοράς της πολιτείας της
απόδοσης της πολιτείας στην αγορά.





Biblioteka Śląska

220087

I

Kzg 1 2257/87 100 000